55

Conditor & redemptor humani generis ds ihs xps salutem fidelium su-
orum invenire desiderans per semet ipsum proloqui dignatus est dicens
Date elemosinam & omnia munda sunt vobis. Quocirca notum sit
omnibus fidelibus presentibus atque futuris quod ego Gertrudis dono Deo & sanctis
eius apostolis Petro & Paulo & ad locum Cluniacum in quo preesse videtur domnus
Odilo abbas cum aliis quam plurimis fratribus ibi Deo militantibus quasdam
res que mihi evenerunt iure hereditario & sunt site in pago Matisconense
in villa que vocatur Curtis Francionum omnia quecumque in eadem villa
habere videor vel quanta ad ipsa hereditatem videntur pertinere
videlicet campis vineis pratis silvis viridiariis aquis aquarumque
decursibus cultum & incultum quesitum & ad inquirendum universa
ad iam dictum locum trado perpetualiter possidenda simulque servos & ancillas
cum omni hereditate eorum & infantibus suis omnesque franchisias que e
pertinere videntur ad supradictam hereditatem. Debet autem ipsa
hereditate duos mansos mihi retineo in quibus degunt hii duo homines Martinus
cognomento [illegible] & Constantinus cum omnibus usuariis suis. Dono etiam
in alio loco in villa que dicitur Altacurtis unum mansum & unum servum ibidem [illegible] nomine
Liberarii cum uxore & liberis suis omnemque hereditatem ipsorum. Omnia quoque que ad supradictum mansum
videntur aspicere scilicet campos vineas prata silvas aquas aquarumque decursus totum ad integrum
et ad inquirendum. Hanc autem donationem facio pro redemptione anime patris mei Arlei & matris mee
Ingeltrudis que mihi hec iure materno dereliquid senioris mei Willelmi & Bernardi simul etiam &
pro remedio anime mee & in loco sepulture. In hac autem elemosina sint participes & socii omnibus
propinquis meis vivis & defunctis. Si quis vero hanc cartam a me libenter factam aliqua persona
contendere aut calumpniare presumpserit primitus iram Dei omnipotentis & sanctorum apostolorum
omniumque sanctorum offensam incurrat sitque pars eius cum Pilato & Herode & cum Iuda traditore Domini.
[illegible] insuper inferat auri quinquaginta libras persolvat & hec carta deinceps firma &
stabilis permaneat stipulatione subnixa.
Signum Gertrudis qui firmari & fieri rogavit. S. Wigoni & Ro[illegible]berti filiorum eius.
S. Gauzleni episcopi. S. Wigoni vicecomitis. S. Vulrici. S. Rodlanni. S. Arloeni.
S. [illegible]ldini. S. Arulfi. S. Bernardi. S. Uuicardi. S. Gislini. S. Uuicardi.
S. Hannuili canonici. S. Willelmi de Oblado.
Actum Cluniaco publice [illegible]

M.-C. Garand,
"Giraldus Levita",
copiste de chartes + de
livres à Cluny sous
l'abbatiat de Saint-
Odilon († 1049), in:
Calames + cahiers,
Mél. ... L. Gilissen
(1985)
Pl. III (vergüßert)
Paris BN. Coll.
Bourgogne (77):
Cluny 1022 "per
manus Girald.
levite"

Monique-Cécile Garand, „Giraldus levita", copiste de chartes + de livres à Cluny sous l'abbatiat de Saint-Odilon († 1049), in: Calames et cahiers. Mél. ... offerts à Léon Gilissen, hg. J. Jacques Lemaire + Émile van Balberghe (Les publications de Scriptorium 9, 1985) S. ~~49~~ 41-48

Pl. III. –
Paris BN.
Coll. Bourgogne
(77) no. 87

Conditor et redemptor humani generis deus Ihesus Xristus salutem fidelium suorum inuenire desiderans per semedipsum proloqui dignatus est dicens Date elemosinam et omnia munda sunt uobis. Quocirca notum sit omnibus fidelibus presentibus atque futuris quod ego Vertrudis dono deo et sanctis eius apostolis Petro et Paulo et ad locum cluniacum in quo preesse uidetur domnus odilo abbas cum aliis quam plurimis fratribus inibi deo militantibus quasdam res que mihi euenerunt iure hereditario. et sunt site in pago matisconense in uilla que uocatur curtis francionum omnia quecumque in eadem uilla habere uideor. uel quanta ad ipsam hereditatem uidentur pertinere uidelicet campis uineis pratis siluis uiridiariis aquis aquarumque decursibus. cultum et incultum. quesitum et ad inquirendum. uniuersa ad iam dictum locum trado perpetualiter possidenda. simulque seruos et ancillas cum omni hereditate eorum et infantibus suis. omnesque franchisias que pertinere uidentur ad supra dictam hereditatem. De hac autem ipsa hereditate duos mansos mihi retineo in quibus degunt hii duo homines martinus cognomento [illegible] et constantinus cum omnibus usuariis suis. Dono etiam in alio loco in uilla que dicitur alta curtis unum mansum et unum seruum ibidem [illegible] nomine lbranticum cum uxore et liberis suis omnemque hereditatem ipsorum. Omnia quoque que ad supra dictum mansum uidentur aspicere. scilicet campos. uineas prata siluas aquas aquarumque decursus. totum ad integrum et ad inquirendum. Hanc autem donationem facio pro redemptione anime patris mei arlei et matris mee ingeltrudis que mihi hec iure materno dereliquid. senioris mei et fratris Willelmi et Bernardi simul etiam et pro remedio anime mee et in loco sepulture. In hac autem elemosina sit pars et societas omnibus propinquis meis uiuis et defunctis. Si quis uero hanc cartam a me libenter factam aliqua persona infringere aut calumniare presumpserit primum iram dei omnipotentis et sanctorum apostolorum et omnium sanctorum offensam incurrat. sitque pars eius cum pilato et herode et cum iuda traditore domini. Insuper inferat auri quinquaginta libras persoluat et hec carta deinceps firma et